



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XVII. Victoria. Victus. Vincens. Vincere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

II.

Vicinus non præsumitur facta vicinorum ignorare, sed scire, l. de tutela 7. C. de in integr. restit. minor. l. 3. unde Cognat. c. paratus 23. q. 1. & ibi gl. in verb. nescire. text. in l. 2. in pr. ff. de summin. ibi: æstimatione circumcoletium. c. quosdam. 7. de præsumpt. & ibi Felin. num. 1. & in c. literis n. 2. & num. 5. eod. tit. Jason in l. 1. num. 19. ff. si cert. pet. & in l. is potest num. 71. ff. de acquir. hered. Vicinitas enim parit præsumptionem notitiæ facti loci vicini, d. c. quosdam 7. extr. de præsumpt. ac præsumitur scientia gestorum, c. quantos 8. ext. de præsumpt. Petr. de Ancharan. consil. 170. incip. principaliter n. 5. Curt. sen. cons. 82. n. 4. Consil. Arg. 2. num. 135. lib. 1. Vult. 1. consil. Marp. 15. n. 86. Anton. Gabr. in tit. de præsumpt. concl. 6. lib. 1. & vicinia arguit qualitatem rei. Menoch. cons. 395. numer. 9. Vult. 2. consil. Marp. 30. n. 156. non tamen facit viciniam rumor probationem, c. super. 5. extr. de eo qui cognor. Consang. ita vicinum præsumi scire an ejus vicinus sit bonæ vocis, conditionis & famæ, infert Felin. in c. literis de præsumpt. per text. in c. si postquam 33. de Elect. in 6. c. cum dilectis 15. de purgat. Canon. vel etiam, cujus ætatis sit vicinus, Menoch. lib. 2. de præsumpt. Farin. de præsumpt. testib. q. 70. n. 171. item quod sit filius vicini, arg. l. filium 6. ff. de his qui sunt sui vel alien. jur. vel quod sit hæreticus in genere, Farin. de testib. q. 70. n. 170. Socin. in l. 1. ff. si cert. petat. num. 17. & ibi Ripa num. 55. blasphemator, Bolognet. in d. l. 1. n. 21. foenerator, Purpurat. d. l. 1. num. 103. & quæ sunt similia.

Limita I. nisi quando probaretur vicinum non conversari cum vicino solitum, Socin. consil. 187. num. 22. lib. 2. Dec. in d. l. 1. n. 59. ibique Ripa numer. 46.

Limita II. quando tempore actus fuisset absens, idem Ripa in d. l. 1. n. 46. & Bolognet. n. 32. vers. item posset esse.

Limita III. in vicino novo, Alex. in l. is potest n. 14. de acquir. hered. Menoch. de præsumpt. 24. lib. 6. n. 40.

Limita IV. si minor deponat de ætate majoris, Ripa d. l. 1. n. 46. in fin.

Limita V. quando deponatur super negativa, idem in c. cum Ecclesia n. 88. de caus. propriet. & possess.

Limita VI. quando resultaret delictum, nam ad illud evitandum error potius, quam scientia præsumitur, Ruin. consil. 100. n. 5. lib. 3. & in specie de adulterio exceptionem firmat Bursat. consil. 70. incipit quoniam. num. 22. & 24. Befold. 3. consil. 110. n. 8. & 9.

Limita VII. quando conjecturæ essent in contrarium, Menoch. de præsumpt. 24. n. 42. Unde Plautus in Mercatore:

Vicinum habere nunquam malum est.

Nunc ego verum illud verbum experior vetus, aliquid mali esse propter vicinum malum.

Siquidem non raro vicini ædificando solent injuriam facere vel avaritia vel errore vel temeritate quadam impulsu, Wesenb. d. O. N. N. n. 3. quamobrem ratione mali vicini res esse dicitur. minoris pretii, l. quod sepe 35. in fin. ff. de Contrab.

empt. ibique gl. in verb. confinem. Jason in l. 1. §. si heres. num. 11. in 2. lectum. ff. de SC. Trebell. vid. latissimè Gail. 2. observ. 69. n. 20. & segg. pulchre de commodis & incommotis vicinorum Columell. lib. 1. de re rustica. c. 3. & Erasim. 4. cent. 5. in pr. & Plutarch. de Themistocle scribit, quod dum prædium venderet, proclamari jussit, se bonum quoque vicinum habere, *ὅτι καὶ ἀγῶνες ἐπὶ γειτοῖας*. vid. Plin. lib. 18. cap. 5. Mantuan. sing. 7. numer. 3. incip. vicinum. add. & Bald. in l. 1. num. 8. C. qui testam. fac. poss. Jason in l. ex hoc jure num. 10. ff. de just. & jur. & ad rubr. C. Ne ff. vel Respub. num. 2. hinc etiam bella, quæ à vicinis inferuntur, omnium dicuntur periculosissima, l. 2. §. post deinde ff. de orig. jur. Zas. ibid. in verb. *acriam*. arg. l. cum oportet. 6. §. 2. vers. fin. autem in fin. C. de bon. quæ liber. Gail. 2. obs. 69. num. 19. Ob vicinitatem etiam sæpe quem puniri, addit Bern. Panorm. in cap. super specula. de privileg. exemplo nobis sunt urbes regie Adama & Seboim, quæ ob vicinitatem cum Sodoma & Gomorra deusta sunt, c. sedet continuo 46. de pen. dist. 1. Panorm. in c. clerici de Excess. Pralat. vid. & clem. 1. de pen. quinimo ubi auctor facinoris ignoratur, contra vicinum præsumitur, l. Dominus horreum 55. ff. locat. ubi Bart. & in l. si ita §. ult. ff. de fund. instruat. Socin. sen. consil. 54. col. pen. lib. 3. Grammatic. consil. 22. numer. 4. Marfil. in prax. crim. §. diligenter num. 79. Blanc. in l. ult. num. 413. de quest. Foller. in prax. crim. p. 2. numer. 18. Tiraq. de pen. leg. caus. 23. num. 10. Menoch. 2. arb. judic. cas. 223. n. 5. ubi de vicinis per tot.

III.

Vicino in loco factum præsumitur notum, quod notum est in remoto, c. quando 8. extr. de præsumpt.

IV.

Vicino vel proximo cuilibet licet contra vim, auxilium impertiri: imo qui potest & negligit, videtur injuriam facere & culpæ particeps esse, c. dilecto 6. §. quidem, de sent. excomm. in 6.

CAP. XVII.

Victoria. Victus. Vincens.

Vincere.

Axioma I.

Vincere is dicitur qui potiora ex legitimis modis jura docet, l. fin. vers. fin. autem ibi: possessio acquiratur ei, qui potiora jura ostendit. C. de edict. D. Adr. toll. gloss. in l. quamvis. 2. C. eod. Achil. Personal. de adipisc. possess. n. 398. vers. quæ conclusio verb. & mittitur in possessionem. Goedd. l. 3. consil. Marp. 32. n. 122.

II.

Non omnis qui vincitur, sed qui temerè adversario litem intendit, damno expensarum affici debet, l. 76. ubi gl. & Cosial. ff. de judic. c. finem litibus. 5. de dol. & Contum. quando itaque dicitur victum victori in expensas condemnandum esse, l. properandum. 13. §. fin. autem 3. C. de judic. c. calumniam 4. extr. de pen. Socin. reg. 181. Duen. reg.

reg. 626. Damas. reg. 104. Corat. 3. opin. Comm. c. 10. num. 10. intelligendum id erit tum, si nimirum malam causam habeat. Vult. 1. conf. Marp. 19. n. 64. quod si enim succumbens de intentione aliquid probasset, vel si religiosa & honesta, vel iustam causam habuisset, secus dicendum foret, cap. mulier. 34. de iurejur. c. 2. de oper. nov. nunc. Socin. reg. 181. Fachin. 1. cont. 41. & 42.

III.

Victoria non est in advocatione, sed in iudicio, l. 1. de abolit. dubius enim est litis eventus, l. 51. de pecul. nec semper laborem sequitur effectus, c. nisi. 10. §. quippe de renunc. nec debet se certum asserere, ubi certus esse non potest, c. cum contingas 24. de rescript. Farin. q. 111. art. 12. numer. 28. Bart. Arg. c. 23. l. de offic. boni advocati. cum victoria litis saepe sit a casu, l. 6. §. 1. ibi: & casu obtinuerit. de inoff. testam. Obtenit enim quidam victoriam litis non tantum iusticia vel Legis auxilio, sed etiam gratia, l. denunciass. 17. §. 6. ad L. jul. de adulter. cum posset reus & inimicitis opprimi vel falsis argumentis testibusque subornatis apud praesidem gravari d. §. 6. imo etiam is, qui malam causam habet, potest tamen casu obtinere, l. posthumus 6. §. 1. de inoff. testam. Unde & Dd. sententiam iudicis sive bonam sive malam inter casus fortuitos enumerant. Et vicissim, qui optimam causam habet, potest aliquo casu succumbere: casum intellige, non tantum fordes, gratiam vel fortē imperitiam iudicis, ad facti circumstantias non satis prudenter attendentis, l. si per imprudenciam 51. de Evict. l. 67. de fideiuss. l. 65. §. cum Praetor. 2. ad SC. Trebell. Ant. Fab. ad l. 8. §. 1. de condit. ob turp. caus.

IV.

Victo debetur misericordia, dummodo non timeatur turbatio futura, cap. noli. 23. q. 1.

V.

Vincitur utiliter, cui licentia peccandi tollitur, c. panis in fin. 23. q. 1.

VI.

Vincens vincentem te multo magis vincit te, l. de accessionib. 14. §. & si mihi pignori 3. ff. de divers. & temporal. praescript. l. equissimum. §. ff. ad Tertull. gloss. verb. proximis. in autb. defuncto. C. ad Orfic. Socin. consil. 212. in princ. lib. 2. ubi declarat per plures casus, Roman. consil. 383. In proposito casu. vers. secundo principaliter. lib. 2. Castrenf. consil. 2. col. penult. in princ. vers. eodem ergo modo. lib. 2. Thom. de Thomasset. in floribus legum, reg. 282. Everhard. in topic. legal. loco 67. Alexand. Rauden. de success. Regni Portugall. respons. 2. num. 117. Surd. consil. 125. num. 14. & consil. 138. num. 18. & 19. & consil. 416. num. 2. & 26. ubi declarat latē Card. Tusch. pract. conclus. tom. 8. lit. P. concl. 208. per totam. Cardin. Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 10. tit. 7. num. 6. Stephan. Gratian. dissect. forens. cap. 154. num. 36. & cap. 157. n. 2. Narbona 159. gloss. 1. num. 30. & 41. tit.

4. lib. 2. Recop. (Carpzov. 2. p. consl. 28. def. 175. num. 7. Rauchbar. p. 1. quast. 4. num. 12.

Intellige, quando ille, qui te vincit, & tu esses is, iusdem generis, rationis, ordinis, ut declarat Oldr. consl. 198. Circa primum col. 2. num. 6. vers. ad brocardicum, ubi pariter intelligit procedere, quando ego, qui vinco te, habeo causam à te, quia si vinco te, multo magis alium, quem tu vincis. Intellige etiam, ubi victus vincitur ex eodem iure, non autem ex diverso, ut fuit decisum in Rot. apud Farinac. decis. 59. numer. 2. in fin. p. 1. recent.

Limita in diverso casu, quia si vinco te ad capillos, tu vincis alium ad brachia, non vincam ad taxillos, vel brachia illi, quem tu vincis. Bart. in l. Cornelius. col. 2. vers. veni ad ultimam. ff. qui potior. in pignore habeantur, quem refert Cardinal. Tusch. d. lit. V. concl. 208. num. 13. ubi num. 15. post Oldr. loco proxime cit. limitat etiam in diverso genere, diversa ratione, & diverso ordine; ac n. 16. post Ang. consil. 252. limitat quoque, quando non est eadem ratio exclusionis in omnibus.

An autem, & quando procedat huiusmodi Axioma in successionum, & aliorum actuum materia? Vide Covarr. lib. 1. variar. cap. 7. num. 3. vers. item adversus. Molin. de primogen. lib. 3. cap. 5. num. 16. Gabr. commun. lib. 4. tit. de success. ab intest. conclus. 4. Philip. Port. lib. 3. reg. 27. Decian. consil. 13. num. 38. lib. 3. & consil. 58. num. 20. lib. 5. Cardin. Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 10. tit. 7. num. 6. Menoch. consil. 4. numer. 33. & consil. 126. num. 25. & consil. 234. num. 16. Castill. lib. 3. quotidian. cap. 30. per totam. Mangil. de imput. quast. 86. num. 13. vers. praterca dicta regula non procedit.

CAP. XVIII. Vidua.

Axioma I.

Vidua censetur in priori matrimonio tamdiu stare, quamdiu alteri non est nupta, l. fin. C. de bon. qua. lib. Vidua enim viva imago viri defuncti remanet, Gutierrez. lib. 2. canon. q. 12. num. 2. Azved. lib. 6. tit. 1. leg. 1. num. 93. Caesar. Bart. de cad. 129. num. 33. Pfeil. consl. 78. num. 161. cent. 1. Unde etiam domicilium, forum & familiam retinet, quamdiu statum vidualem servat, Paurmeister 2. de iuris dict. c. 9. num. 42. Schrader. de feud. p. 9. c. 2. num. 5. Zahger. de except. c. 1. num. 57. p. 2. Guid. Papae decis. 339. n. 2. Cephal. consl. 520. num. 48. lib. 4. & in matrimonio perseverat, l. fin. C. de